



ORATIONES

DICENDÆ CUM SACERDOS INDUITUR
SACERDOTALIBUS PARAMENTIS

CUM LAVAT MANUS

dicat:

Da, Dómine, virtútem má-
nibus meis ad abster-
géndam omnem máculam:
ut sine pollutióne mentis et
córporis váleam tibi servíre.

AD AMICTUM

dum ponitur super caput:
Impóne, Dómine, cápiti meo
gáleam salútis, ad expug-
nándos diabólicos incúrsus.

AD ALBAM

cum ea induitur:

Deálba me, Dómine, et
munda cor meum; ut,
in Sanguine Agni dealbátus,
gáudiis pérfruar sempitérnis.

AD CINGULUM

dum se cingit:

Præcinge me, Dómine, cín-
gulo puritátis, et exstín-
gue in lumbis meis humórem
libidinis; ut máneat in me vir-
tus continétiæ et castitátis.

AD MANIPULUM

dum imponitur brachio
sinistro:

Méreat, Dómine, portáre
mánipulum fletus et
dolóris; ut cum exsultatióne
recípíam mercédem labóris.

AD STOLAM

dum imponitur collo:

Redde mihi, Dómine,
stolam immortalitátis,
quam pérdidí in prævari-
cacióné primi paréntis: et,
quamvis indignus accédo
ad tuum sacrum mystérium,
méreat tamen gáudium semp-
itérnum.

AD CASULAM

cum assumitur:

Dómine, qui dixisti: Ju-
gum meum suáve est
et onus meum leve: fac,
ut istud portáre sic váleam,
quod cónsequar tuam grá-
tiam. Amen.